D. Cappello Salutem! de Ao 1618.

Utinam Reges et principes Christiani jampridem hoc agerent, huicque parti munificentiae suae impenderent, ne corruptissima historia Ecclesiastica Annalium Baronii in tot hominum manibus versaretur, neve a posteritate legeretur absque antidoto. Jacobus quidem magnus magnae Britanniae Rex laudatissimus coeperat in hanc curam incumbere, effeceratque ut in primum Tomum exercitationes sanae Casauboni τοῦ μακαρίτου nunc habeamus. Sed pro dolor coepta tela mox in primo stamine praematuro tanti viri decessu abrupta est. Num vero nemo Regi optimo erit instigator ad pertexendum opus? Certe magna in hoc Regi proposita gloria: ingens Ecclesiae sita utilitas, imo necessitas. Quis vero, inquis, Venerem hanc Coae absolvet? Fateor Apellem redivivum requiri: ipsum Casaubonum, inquam. Sed enim non est destituta Britannia viris eximie in hanc rem eruditis, qui ad praescripta lineamenta operi succedere valeant: modo non deficiat laudatissimi Regis munificentia. Te igitur, Vir clarissime, cum Collegis, praesertim D. Melvino hic quovis modo incumbere oportet, ut telam Exercitationum apud amicos Britannos vobis notiores et viciniores, pertexendam omni studio curetis. Adversarios tot, quos nominasti, in Casaubonum insurrexisse, nondum audieram. Non miror tamen. Neque enim difficile est mortuo leoni barbam vellere: nec solet hoc otiosum et mordax hominum genus cessare pro jugulo sui Pontificis. Bonum vero factum, quod velis vindicem amici Casauboni agere. Chartulas tuas, ut potui, fere omnes pervolvi, nullo fastidio, imo non sine voluptate et fructu. Tibi autem nolim judicio meo quicquam tribuas; neque enim inter tot occupationes et in hac aetate sin-

gula examinare accuratiꝗ licuit: tamen arbitror ma,
gnum te, non solum amico vindicando, sed è hæresi Hilde,
brandina, hoc est, ementita sedis Romanæ potestate sancti,
tate, fide, quam monstrum hominis Hildebrandus potis,
simum stabilivit, factioque pontificia hodiè summis viri,
bus propugnat, ex fontibus antiquitatis diluenda, destru,
endaque, operæ pretium navasse, quo nequaquam defrau,
danda videtur ecclesia, et ipsa posteritas. Habebunt
veritatis et antiquitatis studiosi, quod in hoc argu,
mento ut πολυμαθέστατε, ita κοσμιωτάτῳ cum fructu
legant, proficiant, tibi gratiam habeant pro tam suc,
cincta eruditaque, rerum gravissimarum explica,
tione. Non habebunt verò adversarii, quod irascan,
tur, vel arrodant, imò potius quod stylum vertere discant
sibique, si probi esse volent, annuant, pro tam famili,
ari placidaque verbis. Optimè igitur tu ipse per ve,
strum Typographum editionem curares, forte et su,
dante prelo nonnullas lacunas expleres, neve ex lituris,
vel mixtura chartarum menda plura irreperent, pro,
videres. Quoniam verò scribis numerum ejus longè
majoris molis et usus opus, nempe D. Tileni adver,
sus Bellarminum responsionem, imminere: equidem
libenter de paranda apud nos editione periculum
faciam: et cum nostri suis impensis nihil pos,
sint, ut alienis opusculum hoc typis describant, ope,
ram dabo, atque adeò jam dedi. Scripsi enim Domino
Rose, librario Francofurtensi per D. Rambertum,
qui praesens rem totam apud eum confecit. Restat
ut ille de prelo cum nostro Lancelloto agat transigat,
quod mox à nundinis futurum confido. Juvabo autem
quantum per occupationes licebit, ut editio quàm opti,
mè prodeat. Caetera ex D. Ramberto cognosces. Fi,
lium meum Georgium cum suo Principe ad vos
reducem tuae benevolentiae commendo. Feliciter

vale, et ex me Dominos Collegas, imprimis D. Polyandrum, et
D. Walaeum peramanter saluta. Heidelbergae 6. April.
1618.

D. Festo Hommio Theologo Lugdunensi, 219.

Salutem.

Utinam, quod Amplissimus Dominus Brederodius ad vos scri-
psit meaque ipse prolixe egit, praestare vobis possem!
Nihil profecto optatius, quam florentissimas Belgii regi-
ones vestrumque statum, fratres charissimi, cumpri-
mis sanctissimam Synodi nationalis solennitatem co-
ram cernere atque juvare. Verum enim vero, ita est aetas
mea comparata, atque conditio, ut nisi Deum tentare ve-
lim, itineri tanto eoque hiberno, committere me non debeam.
Quid enim si in medio coelo senilis languor me defi-
ceret, numquid fabula fierem adversariis, ut sunt ten-
era. Dabitis igitur mihi veniam, nec sine me labo-
rabit causa Ecclesiae. Venient ad vos tres, quos nomi-
nasti, integra aetate, probatique eruditione viri, voto
vestro sufficientes: ad quos ego dignitatem mittendi cum
coram Serenissimo nostro me excusarem. Cum et
his forte, aliisque extraneis parci poterat, ut Synodus
vestra sola nationalis esset, sibi ipsa, cum divina
gratia, sufficiens: siquidem dies hesterna tulisset, quod
docuit hodierna. Haec nimirum fuit illa gratia re-
sistibilis, pro qua tantos spiritus sumsit pars armi-
nii expertia usque afflata, contra quam nos impuden-
tes stulte disputavimus. Benedictus custos Israëlis
qui non dormitavit: benedictus, inquam, Filius Dei
ad dextram patris, qui pro Ecclesia sua excubavit. Be-
nedictus Heros vester, togata pietate nunc major, quam
hactenus Marte invictus. Mauritio multi anni: Belgicae
tranquillitati multi anni: Ecclesiae et Synodo vestrae tran-
quillitas et benedictio. Ad hanc, si volet Dominus, faciam
ne nostri omnino sine me, hoc est sine epistola mea veni-
ant. Proxima Sabbathi D. Altingius fuerat abiturus cum Franco-
furtensibus mercatoribus in patriam Embdam, unde negotiis